



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Seqvitvr Litera B.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)



SEQVITVR LITERA B.

REGVLA LXVIII.



BANNITVS ex forma statuti potest impune occidi. Hanc regulam ponit Barto. Bal. Ias. & Phl. Deci. in l. vi. vim. ff. de iustit. & in Ratio est quia bannitus est transfuga & hostis ciuitatis. l. amissione §. j. ff. de cap. dimi. Hostis autem ciuitatis potest impune occidi. l. j. ff. de sicariis & l. minime. ff. de religio. & sump. fune. Hanc opinionem tenet. Bart. in l. vbi pactum. C. de transact. & in l. j. C. quando liceat vnicui. sine iudice se vindicat. Abb. in c. fi. de consuetu. Fe-

lin. in c. quæ in ecclesiarum. nu. 5. de consti. Ias. in l. omnes populi. in repe. nu. 46. ff. de iusti. & in Hippot. in l. j. ff. de sicar. & in sing. cl. Marc. Mant. in consi. ccvj. nu. 1. Matth. de afflic. in consi. Neapoli. lib. 2. Rub. 3. per totum. Carellia. Cotta in Memor. in verbo, statuta quæ bannitus. circa quæ regulam vide etiam notab. Io. Igne. in l. j. in §. si ex stipulatore. nu. 70. ff. ad Senatufcon. Syllan. Hanc regulam ponit Bernar. de Luco in regu. lviii. vbi refert Ias. qui eam limitat quinq; modis, in d. l. omnes populi. & Feli. qui eam limitat nouem modis, in d. c. quæ in ecclesiarum.

1. Quam regulam vltra eos amplia primo, procedere in occidente bannitum ignoranter: quia ignorabat eum bannitum esse. Ita tenet Bart. in l. inter omnes in §. re sic. nu. 4. ff. de fur. & in l. genero per illum text. ff. de infam. Alexand. in j. volu. consil. cxiii. num. 4. Hippoly. in pract. crimi. nu. 3. & in l. j. nu. 69. ff. de sicar. & in consi. lv. nu. 6. Nellus in 2. par. 2. tempo. q. 25. nu. 25. in tract. bannit.
2. Amplia secundo, in occidente bannitum qui erat re bannitus, non tamen adhuc erat cancellatus de banno: nam occidendo eum non punitur. Ita tenet Pau. de Ca. in l. si de eo. ff. de acq. pos. Bal. in l. Labeo. in fi. ff. de pact. Alexan. in d. consi. 714. num. 5. Hippoly. de Marfi. in l. i. nu. 70. ff. de sicar. & in pract. crimi. in §. aggreditor. nu. 4. & in consi. lv. nu. 7.
3. Tertio amplia, si bannitus fuisset indebite cancellatus a banno. nam occidens eum non punit, sicut si non fuisset cancellatus: Ita tenet Bal. in c. j. in prin. hic finitur lex Corr. in vsib. seu. Bar. post Ray, i l. si eum fecerit

uū. ff. de dona. inter vir. et vxor. Cæpo. notab. in cōsi. 7. nu. 1. cū seq. in consi. crim. Nellus in tract. banni. in 1. par. 3. tempo. q. 3. nu. 3. Hipp. in l. j. nu. 71. ff. de sica. et in sing. 340. et i. prac. cri. §. aggredior. nu. 5. vbi dicit qd dicitur iniuste cancellatus si non apparet eā cancella- tionis, secundum Bal. in c. cū super. nu. 8. de re iudi. & in l. si non fortem. in §. adeo. ff. de condi. indeb. & in l. si presens. in fi. C. quo- modo. & quando index. idem Hipp. in d. consi. 19. nu. 5.

- 4 Quarto amplia, vt et pcedat si statutū dicat simpliciter Bannitū offendi posse, licet nō dicat occidi, nā occidi pōt. Ita tenet Io. And. in addi. ad Spec. in ti. de consti. in addi. fi. in fi. Ray. & Bar. in l. 3. in §. si. ff. de ali. et cib. leg. Alb. in 1. par. statu. q. v. et 8. Nellus de sanc. Gemi. in trac. bā. in 2. par. 2. tēp. q. 7. ver. examinatis qōnib. Pau. de Ca. & ibi Flo. in l. binas sedes. nu. 4. ff. de ser. vrb. præ. Pau. Ale. & Iaf. in l. in suis. ff. de lib. & posth. Hipp. in l. j. nu. 37. C. de rap. virg.
- 5 Quinto amplia, etiam si bannitus notificasset occitori cancellatio- nem factam ab anno: nam non teneretur credere ipsi bannito, nisi ostenderet publicum instrumentum cancellationis & gratiæ. Ita Bar. quem sequitur Iaf. ibi in l. non solum. §. morte. ff. de noui ope. & ibi Ant. Rub. nu. 64. Maria. Socin. Jun. in consi. lvij. nu. 12. vol. 1. Hippo. in l. j. nu. 72. ff. de sica.
- 6 Sexto amplia, in bannito occidente alium bannitum: nā potest impune occidi. Ita Bal. in l. cū mulier. nu. 4. ver. statuto cauetur. ff. solu. mat. & ibi Alex. Hipp. in practi. crim. in §. aggredior. nu. 53. Felin. in c. cum duobus. de senten. excom.
- 7 Septimo amplia, in occidente bannitū qui iniuste bannitus erat: nā propter bannū, etiam si esset iniustū, excusatur. Ita tenet Dinus in l. pen. ff. de adult. Bar. in l. ex hoc rescripto. ff. de ventre inspi. & in l. siue vxor. ff. de dona. inter vir. & vxor. & in l. 3. §. si seruus. ff. de acqui. pos. Cui. in Auth. si vxor. C. de repu. Bal. in l. j. C. de pœn. & in l. j. ff. sol. matri. Ang. in l. quis sit fugitiuus. in §. irē apud Labeo- nē. ff. de edili. edic. Bar. in l. 2. in §. hæc actio. ff. vi bono. rapto. idē Bar. Ale. & Iaf. in l. 4. in §. condemnatū. nu. 34. ff. de re iudic. & in l. 3. in §. si seruus. nu. 8. ff. de acqui. pos. Cæpol. in consi. 7. nu. 7. in cō- si. crimin. Sebast. Vantius in tract. de nullit. sententiarum rub. 8. quo- ties & intra quod tempus de nullita. agi possit. nu. 44.
- 8 Octauo amplia, etiam si quis occidat filiū, aut patrem, aut domi- num bannitū, vel fratrem, non punitur. Ita Bar. et Alex. ibi, in addi. in l. si adulterium cum incestu. §. liberto. ff. de adul. Felin. in c. que in ecclesiariū. nu. 5. de constit. Hippol. in l. vnica. nu. 20. C. de rap. vir. idem Hipp. in consi. cxix. num. 18. Iaf. in d. l. omnes populi. nu. 47. Hipp. in l. 1. in §. præterea. ff. de quest. Eandem opinionem sequitur Gerar. de Petra Sancta in sing. ij. pro qua opinione facit quod notat Marc. de Man. in l. veluri. ff. de iusti. & iure. Contrariā tamē opi- nionem tenet Angel. in d. §. liberto. & in Authē. de incest. nuptis. in princ. num. 1. colla. secunda. Eandem opinionem notab. exa- minat & tenet contra Bartol. Ludouic. Gomez. in d. §. rursus.

D. Petri Duen.

nu. 22. quam opinionem sequitur & allegat plures docto. eam tenentes tanquam humaniorem & tutiorem. Bartholo. Cæpola. in consil. 5. nu. 26. in consil. crimina. Nellus in tracta. banni. in ij. par. secundi tempor. quæst. x. nu. 10. Quam intellige & declara. vt in finali. imitatione huius regulæ.

9 Amplia nono. non occidendo bannitum. sed etiam non bannitum Verum de proximo bannitum. Ita. Ias. in l. quamuis. nu. 7. C. de inoffi. testa. & in Authē. si qua mulier. C. de sacro san. eccle. nu. 2. Hippol. in l. j. nu. 74. C. de rap. virg. & in consil. 97.

Hanc regulam sic ampliata[m] vltra Ias. in d. l. omnes populi. nu. 45. vbi limitat eam quinque modis: & Felin. in d. c. quæ in ecclesiis. vbi limitat eam nouem modis.

1 Limita primo. secundum Ias. in d. l. omnes populi. nu. 46. quod tale statutum non valet de iure Canonico. nec procedit. dato quod de iure ciuili valeat. Ita tenet Hostin. & cæteri Cano. in c. si de consuetud. quem refert & sequitur Bal. in l. j. num. 9. C. si a non competen. iudi. iudica. esse dicatur.

2 Limita secundo. non procedere in foro conscientie. quia iste occidens bannitum. etiam si faciat ex forma statuti. peccat. & in foro poli non est excusatus. maxime si hoc non facit respectu reipublice & animo exequendi statutum. sed animo fundendi sanguinē humanū. Ita tenet Ioan. An. in rubri. de constitut. S. Thoma 1j. ij. quæstio. lxxiij. Bald. in l. vt vim. ff. de iustit. & iur. Alber. in iij. par. statutorum. q. xix. Felin. in c. qui in ecclesiarum. nu. xliij. de constitutio. Pro qua opinione est gloss. in c. inter hæc. xxxiiij. q. ij. vbi licet maritus defendatur a poena homicidij ppter adulterium vxoris. Gracchus. C. de adulte. non tamen defenditur a poena æterna. d. c. inter hæc. & ita per illum text. tenet. Abb. in repetit. c. cum esses. nu. 16. de testamen. Felin. in c. 1. nu. 2. de præscrpt. Fortu. Garcia in tracta. de vltimo sine iuris canonici & ciuilis. illatione 11. Iaso. in l. vbi pactum nume. 16. C. de transacti. copiosissime Ioann. de Neuiza. in sua Sylua nuptiali. lib. 1. nu. 85. Ludou. Gomez. in §. fuerat. nu. 52. Instit. de actio. Andreas Tiraquel. in ix. lege concubinali. nu. 4. Et ex Theologis idem voluit diuus Thomas in quarto. sententiarum. distincti. xxxvij. quæstio. 2. artic. 1. & ibi Richardus. omnes doct. Astensis in libro octauo summe. titu. 2. articu. 4. Robertus Holcot in commentariis in Sapientiam Salamons. lectione lxxij. Angelus in Summa. in verbo. homicidij. el primo. §. 6 & in verbo. vxor. in §. 4. & ante eod. hoc tenuit diuus Augustin. in lib. 2. de adulterinis coniugibus. cap. 14. & sequen. Imo fortius etiam in foro fori non excusatur. secundum Felin. in c. ecclesie sancte Mariæ. nu. 42. de constit. Gomez. in d. nu. 62. & sic supra dictum statutum. & leges quæ permittunt vindictam. cum agatur de peccato in eis. non valent nec tenent sed attenditur dispositio Canonum. c. fina. de consuetu. c. nouit de iudic. c. per venerabilem. qui filij sint legitimi. et ita notabiliter. cōcludit.

dit Rochus de Carte in tracta. de consuetu. nu. 149. vbi vult. quod dispositio l. j. & 2. C. quando liceat vnicuique sine iudi. se vindicare. non procedat in foro ecclesiæ. nec Cæsaris. tanquam nutritiua peccati. Nec ad hoc obstat text. in c. 2. de homici. vbi est dispositio iuris canonici. & permittitur fur nocturnus occidi: quia dico. quod non est verum. dato quod sit dispositio Canonica. ac procedat in foro conscientie imo non procedit. ita probatur in c. cum dilecti. & in c. ad nostram. de empt. & vendit. vbi sunt iura canonica. & per illorum dispositionem permittitur contrahentibus se inuicem decipere vsque ad dimidiam. tamen illa dispositio canonica non procedit in foro conscientie. ita tenet Antonius de Butr. ibi allegando diuum Thomam. & Ioannes Crot. vbi plura refert. in repeti. c. ij. in j. notab. de constitut. lib. vj. Gomezius in d. §. superest. nu. 54. Gerardus de Petra sancta in singu. xxij. Iason in §. sed istæ quidem nu. 104. Instituto. de actio. Gomezius. vbi dicit istam esse communem opinionem. & eam latissime examinat. in c. 2. nu. 7. de constitut. li. 6. Et in dubio presumitur bannitus potius occisus causa odij particularis. quam reipublicæ. vt in c. omnes. 6. q. 1. & ita tenet Antonius Rubeus in repe. §. morte. l. non solum nume. 647. ff. de noui oper. nunt.

3 Limita tercio. quodcumque bannitus esset de proximo rebanniendus: nam tunc impune occidi non potest. Ita Bald. in l. j. in §. serui. ff. ad Syllani. Cæpol. in consil. 39. in crimina. Hippolit. in singu. 106. & in practica criminali in §. aggredior. nume. 27. & 30. & in consil. 10. & 61. & 94. Quod tamen intelligo si sciebat rebanniendū esse de proximo. alias mitiori poena punitur. vt ex supra dicta. patet.

4 Quarto limita. in occidente bannitum qui communi exstimatione reputabatur pro nō bannito. Ita Angel. in l. si duo. ff. de acqui. heredi. Hippol. in l. j. nu. 11. ff. de sicar. & in d. §. aggredior. nu. 34.

5 Quinto limita. in bannito condemnato. qui ducitur ad supplicium: nam non potest occidi ab aliquo priuato. nec a familia potestatis. Ita tenet Bald. in l. addictos. nu. 3. C. de epif. audiē. & in l. fideicommissa. in §. si quis. ff. de leg. 3. et in l. si. C. de malef. et mathem. Bar. in l. cuiusque. nu. 4. ff. ad l. Iul. maiest. Hippol. in d. §. aggredior. nu. 40. & in l. j. nu. 13. ff. de sicariis.

6 Sexto limita. quando bannitus est captus & carceratus. quia talis bannitus incarceratus non potest impune offendi. quia carcerati sunt sub protectione Curie. l. fina. C. de custodia reorum. Ita notab. dixit Bart. in l. in laqueum. ff. de acquiren. rerum dom. & in l. eiusdem. in §. transfugas. §. de sicariis & in l. legis Iulie. ff. ad leg. Iuliam. de vi priua. Bal. in l. libertus. ff. de statu homi. Ioan. de Ana. in c. cum iuramento. de homici. nume. 6. & ibi etiam Fel. Hippoly. in singu. 150. & in pract. in §. aggredior. num. 24. & in l. j. nu. 3. ff. de sicar.

Septimo

Septimo limita, in femina pregnant: nam licet foemina bannita possit occidi, tamen si est pregnans non potest. Ita tenet Nellus. in tracta. Banni. in j. parte secundi temporis. q. 56. & 45. Ioan. de Anan. in c. intelleximus numero 7. de his qui filium occiderunt. Angel. in tracta. maleficiorum, in parte, fama publica. nume. 102. Ioan. de Neuxa. in Sylua nupri. lib. j. nume. 92 pro qua opinione est text. in l. Imperator. ff. de statu homi. & in l. pregnantis ff. de poenis. l. 2. titu. xxx. parte 6. & Ioan. de Anan. supra extēdit hoc etiam si partus esset aduterinus, vel in carcere conceptus, & etiam si esset pregnantis decem vel viginti dierum. quod etiam tenet Alexander in Additionibus ad Bartol. in dist. l. pregnantis. Hippolytus in practica criminali, in §. nunc videndum, num. 50. & in l. 2. in princ. nu. 13. ff. de quæstio.

8 Octavo limita nisi proditorie occidat, vel veneno, cum tunc etiam proditorie occidere dicatur. Ita tenet Angel. in additio. ad Bar. in l. si. per illum tex. C. de delato. li. x. quem sequitur Hippol. in rub. nu. 14. ff. de sicar. & in singul. 6. in consi. j. in prin. & in consi. 132. nu. 16. & in cōsi. 131. Cæpola in cōsi. 74. in consi. cri. nu. 6.

9 Limita nono, quando cunque aliquis occidit bannitum, cum quo habebat capitales inimicitias: nam tunc non iunatur prædicto statuto, cum potius præsumatur offendisse propter vindictam priuatam quam publicam. Ita tenet Bar. in l. nulla. C. de delatori. lib. x. que sequuntur Lud. Rom. in l. si quis in graui §. vtrum. ff. ad Syllantia. nu. 3. et ibi Alex. in addi. ad Bar. que per plura cōcludit Pau. Parisi. in c. dilecti. nu. 25 de except.

10 Decimo pro limitatione facit, nam licet denegare alimenta alicui sit eum necare. ff. de liber. agnosc. tamen bannitus etiam stante supradicto statuto potest petere alimenta ab eis qui ante bannum eum alere debebant. Probat text. in l. mutus. in §. manente. ff. de iure dot. Et ita in vxore que teneatur alere virum bannitum, tenet Bar. in l. si costante. nu. 22. ff. solu. matri. facit etiam tex. in Authen. de incest. nupri. in §. si vero contigerit. colla. 2. Idem etiam est in filio qui debet alere patrem bannitum, vt tenet Bartol. in l. si quis a liberis. in §. sed vtrum. ff. de liber. agnosc. allegat ad hoc supradicta iura. & in Authen. vt cum de appellatio. cogno. in §. nunc de prædictis. colla. 8. gloss. in d. §. si vero contigerit. in verbo, alia necessaria. Idem est in patre qui tenetur alere filium bannitum, vt tenet Rayne. de Forli. in d. §. sed vtrum. Pro quo facit nam bannitis interduntur ea, que sunt de iure ciuili. l. quidam. in fi. ff. de poenis. non autem ea que sunt de iure naturali vel gentium. Ita tenent Gome. in §. superest. num. 12. Institu. de actio. In contrarium tamen facit, quia cum iste bannitus sit hostis ciuitatis, licitum est cuique, etiam filio, eum occidere. vt in l. minime. ff. de relig. & sump. fume. de quo vide supra in S. amplia. ergo possunt et alimenta denegari. d. l. necare. & in l. nihil. ff. de sicariis.

Pro qua opinione est casus expressus in x. colla. in c. de pace tenen. & eius viola. vbi Bald. ibi nu. 7. per illum text. dicit, quod filius non tenetur alere patrem Bannitum: & ibi hoc est introdu- ctum de nouo, & hoc etiam tenet Marth. de Afflict. in d. c. j. per illum text. in i. notab. nume. 22. Sed nihilominus dico primam opinionem esse veram & tenendam, quod filius tenetur alere pa- trem bannitum, quia licet bannitus sit, nihilominus pater est, d. §. si vero contigerit. & l. eas & l. legatum. ff. de capi. dimin. & l. si adulterium cum incestu. n. §. liberto. ff. de adu. Hanc opi- nionem tenet Angel. in d. Authen. incest. nup. num. 1. Nells in tra- cta. bannitorum, in prima par. 2. temp. nume. 48. Quam opinio- nem probat text. in l. si in metallum. ff. de his quæ pro non scrip. haben. vbi probatur, quod licet aliquis sit incapax, ita quod de iure nihil possit habere, tamen legatum alimentorum, & sic ali- menta habere potest, ita per illum text. tenet. Ioann. de Imo. in l. si victum. nume. 3. ff. de re iudica. l. as. in l. j. nume. 1. C. de hæred. institu. & in l. ex hoc iure. nume. 49. ff. de iustitia & iu. Alcia. in l. nihil aliud. col. li. ff. de verbo. signific. Pro hac opinione etiam fa- cit: nam filius tenetur alere patrem excommunicatum, etiam si iuste excommunicatus sit. c. inter alia. de senten. excommunic. fa- cit gloss. si. in c. Pastoralis. in §. verū, & ibi docto. præcipue Philp- pus Decius. Imo etiam hæreticum patrem filius alere tenetur. cap. non satis. & ibi expresse Archidiaconus. lxxxvj. distinctio. facit etiam text. in l. qui cum uno. in §. fin. ff. de re militari. vbi per illum text. ibi Raynerius de Forliuio, allegando S. Tho- mam tenet, quod frater existens in religione potest illam exire pro alendo fratre: ergo a fortiori dicendum est posse exire pro alendo patre.

Et non obstat text. in l. minime. ff. de religio. & sump. sune. quia ille text. loquitur in patre contra patriam veniente: quo casu pro- cedit alia opinio secundum Angel. in d. §. si uero facit etiam text. in l. veluti. ff. de iusti. & iure. vbi probatur, nos primum patriæ nasci, & potius patriæ quam parentibus tenemur obedire er- go si pater alias deliquerit, licet patria eum hostem iudicauerit, si non uenerit contra patriam, non licet filio eum interficere. Ita Fortu. Garcia in d. l. veluti. numero. 17. & 18. ff. de iustitia & iure. Gome. in §. rursus. numero. 22. Institu. de actio. & ita debent con- cordari opiniones aductæ in 8. ampliatione huius regulæ. Nec obstat text. in d. capitu. j. de pace tenen. quia ibi ponitur ius specia- le. & sic ad consequentiam trahi non debet. l. ius singulare. ff. de legibus.

Ex quo apparet veram non esse opinionem Ioann. Crot. in l. si costante. col. xxij. ff. sol. matri. vbi dicit, quod licet alias vxor ma- rito absentem teneatur mittere alimenta, non tamen tenetur si sit ban- nitus, allegat te. n. l. a missione. in §. qui deficiū. ff. de cariis. diminutio.

Quem

Quem sequitur Marcus Mantua, in d. l. veluti. in j. col. cum con-
frarium, ut supra dixi, teneat expresse Bartol. in d. l. si costante. Et
sic ex supradictis omnibus concludunt, quod licet aliquis sit ban-
nitus, nihilominus alimenta petere potest ab his, qui de iure, maxi-
me naturali, eum alimentare tenentur, & ultra supra dicta, hanc opi-
nionem tenet Ioan. Iacobus de Leonardis, in consil. cxliij. nu. 417.
inter consilia Alberti Bruni Pala. Ru. in l. iij. Tauri. nume. 14. Ho-
die autem de iure nostro regio quis dicatur bannitus, & qua pena
debeat puniri, vide l. j. titu. xvij. lib. iij. fori. & l. iij. titu. xij. libro
vii. ordi. & in l. xlvij. styli. quod tamen intellige seruata forma, l.
lxxvij. Tauri.

REGVLA LXIX.

BASTARDI non dicuntur nobiles, nec notabilitas patris in
eos descendit. Hanc regulam ponit Bartol. in l. j. nu. 50. C. de digni-
ta. lib. 12. Bald. in l. cum legitimæ. ff. de statu homi. vbi dicit, quod
bastardi nobilium, etiam ex persona matrum non sunt nobiles.
idem tenet idem Bald. in c. innotuit num. 15. de electio. & in l. cum
antiquioribus. num. 8. in 8. quæstio. C. de iure deliber. Antonius,
de Butr. & ibi. Præpo. in 3. notab. in c. per venerabilem, qui filij
sunt legitimi. Eandem opinionem tenet Bartol. in l. promuntatio.
in §. familiæ. ff. de verbo. signifi. & in l. trelas ff. de capitis dimi-
nu. Floria. in l. qui testamentum. num. 11. ff. de probationib. Francis.
Aret. in c. super eo. el. 2. num. 11. de testib. & ibi Felm. nu. 5. idem Fe-
lin. in c. in presæntia. nu. 23. de proba. Guido Papa decisi. ccccclxxx.
Carol. Ruinus in consil. lxxvij. num. 7. volu. 2. text. & ibi gloss. in
c. vnico, & ibi gloss. in verbo, liberi. in fine, de baptis. Circa quam
regulam vide notabiliter Guliel. Bened. in repet. c. Raynutius. in
verbo, Raynutius de clera. nu. 30. cum seq. Idem disponitur de iure
nostro regio in l. 3. tit. 15. parte 4.

Hanc regulam ponit Andræas Tiraqu. in tract. de nobilitate. c.
15. nu. 10. vbi notabiliter tractat materiam: & ibi in nu. 17. vsque ad
nu. 31. ampliat eam dupliciter, & limitat etiam dupliciter. In quo
est notandum, quod in j. ampliatione quam ibi ponit, dicit supra di-
ctam regulam procedere etiam si filius sit legitimatus, quia nihilominus
non dicuntur nobiles, quod de iure nostro regio hodie est
correctum, imo si filius fuerit legitimatus gaudet nobilitate par-
rentur ita probatur in l. 9. in fin. titu. 15. parte 4. & in l. 14. Tauri,
in fine. Quod tamen intelligo verum in filiis spuris vel adul-
terinis, quia filii naturales tantum, etiam sine legitimatone,
hodie gaudent notabilitate parentum. ita probatur in l. j. titu.
11. parte 7. & in l. vij. in fine, titu. xxij. libro 4. fori. Est tamen
notandum, quod supra dicta prima ampliatio Tiraquelli, quæ
vt

vt supra dixi, est correctæ, per tex. in l. ix. in fi. tit. xv. par. 4. & per
 rex. in d. l. xij. Tauri. approbatur hodie & procedit non obstantibus
 supra dictis legibus, per prag. ix. ann. 1554. in qua dispositum fuit,
 qd quancumque aliquis filius natus fuerit ex damnato coitu, tam
 ex parte patris, quã ex parte matris, etiam si sint legitimi, non
 gaudeant nobilitate parentum, sed tenentur contribuere sicut si le-
 gitimi non essent.

REGVLA LXX.

BENEFICIUM ecclesiasticum pacifice per triennium possi-
 dens, non potest molestari in possessorio neq; in petitorio. Tex. est,
 qui hoc probat, in Clem. j. de sequestr. possess. & fruct. & ibi gloss. in
 verbo, triennio. & in regula Cæcella. de trienniali possessore. Circa
 quã regulã vltra Gome. ibi, vide Boer in decis. xxiiij. Ioã. Igne. in
 repet. l. necessarius. in §. nõ alias. nu. 286. cõ seq. ff. ad senatusc. Syll.
 Quam regulam amplia xxiiij. modis, & limita xx. modis, vt per
 Pet. Rebuff. in tractatu de pacificis possessio. a nu. 3. vsque ad finẽ.

REGVLA LXXI.

BENEFICIA plura quis non potest habere, & per ademptio-
 nem secundi vacat primum. Hanc regulã probat tex. in clem. gra-
 tiæ. de rescrip. in c. de multa. de preb. & in c. j. & ij. xxj. q. j. & in c.
 sacronũ. l. xx. dist. & in c. quia in tantũ. & in c. ad hæc. & in c. præte-
 rea. de preb. & in c. viuo. in §. sed. & hoc. x. q. iij. Probatur de iu-
 re regio in l. ij. tit. xvj. par. j. Circa quam regulam vide Ioan. de
 Lignano in tract. de pluralitate benefic. nu. 1. Curiel. in tract. de plu-
 raltate beneficiorũ, per totum, notabiliter Bern. de Luco in tract.
 sua cum c. xliij. Lamberti. in tracta iuris patr. in j. par. ij. lib. in vij.
 q. prin. ar. xv. August. Berous in q. lxxx. nu. 1. cum aliis. Alvarus
 Pelagius in lib. suo de planctu ecclesiæ. art. ix. in fi. Pau. Paris. in c.
 cum ecclesiasticæ. nu. 5. de except. cum seq. & notab. Io. Nicol. Gi-
 monteus in tract. de pluralitate benefic. a nu. 1. vsque ad nu. 22.

- 1 Amplia primo, non solum vacare beneficium, sed etiam ipso iu-
 re vacat per additionem secundi. Ita probat tex. in extrauag. Ioã.
 22. que incipit, execrabilis in §. quia vero & ibi glo. in verbo, ipso
 iur. in Extrauag. communibus in tit. de preben.
- 2 Amplia secundo, procedere etiam in dignitatibus supremis, vt in
 episcopatibus. c. cum in cunctis. §. cum vero de electio. & c. sicut. de
 excessio. prelat. & per totũ de transatione episcopi. Ita tenet Ioã.
 Nicol. Gimon. in d. tract. nu. 2. & notab. Lamberti. in tracta. iur. pa-
 trona. in j. par. ij. lib. in vj. q. prin. arti. 5. nu. 5. cum aliis.
- 3 Amplia tertio, vt procedat hæc regulã in Cardinalibus. Ita tenet
 Abb. in c. ecclesia. el. ij. nu. 3. de elect. sequitur Felin. in c. ad aures.
 nu. 11. de rescrip. & in c. quod super his. de fide instrumen. quam opi-
 nionem

- tionem per plura tenet Gome. in proœmio regularum Cancellar. 4. vers. ex quo inferitur. & in regula de impetrando beneficia vacantia per obitum Cardinalis. q. 12.
- 4 Amplia quarto, procedere etiam in aliis inferioribus dignitatibus, vt in diaconatu & archidiaconatu, & similibus: vt in c. sic de excess. prela. et in d. c. de multa. de preben. & in d. extraua. sol. 22. in §. quibus. & in Clem. quia regulares. de supplen. negli. prela. & ita tenent doct. in c. cum singul. de preb. domi. in c. gratia quam de rescrip. lib. vj. Ioã. de Im. in d. Cle. gratig. nu. 12. de rescrip. Abbas in repet. c. extirpandę. §. quia vero. nu. 30. de preben. Lapsus alleg. 116. nu. 2. Feder. de Senis. conf. 110. & cxxxv. & clv. Bernar. de Luco in d. c. 42. pag. 73. Ioan. Coras. in tractatu de sacerdotibus in 1. par. c. x. nu. 5.
- 5 Amplia quinto, procedere in beneficiis simplicibus, vniuersibus sub vno, eodemq; tecto: nam & in his est prohibita pluralitas. c. literas. de concessio. preben. & Clem. fin. de prebend. vbi quis velit habere duos canonicatus. vel duas prebendas in vna ecclesia, non potest per dicta iura: etiam si vna illarum sit connexa dignitati: per text. cum gloss. in d. Clem. fin. Neque episcopus in hoc casu potest dispensare, scdm eandem gloss. oommüniter approbat. iunctis que ponit Abb. in c. literas. de concessio. prebend. nu. 2. & in c. cum iam dudum. nu. 9. de preben. etiam si de hoc sit consuetudo: vt tenet Cardina. in conf. 53. incipiē. casus talis est. in prin. & nu. 4. & in clem. vt hic in §. illi. vero. nu. 18. de retat. & qualita. & ibi Ioan. de Imo. nu. 33. Quod tñ intelligo verum in duobus canonicatibus, vel dignitatib. que in vna ecclesia quis non potest habere, nec valet consuetudo: sed hodie de consuetudine, potest quis habere in vna ecclesia duo beneficia simplicia, scilicet, dignitatem & canonicatum: que quidem consuetudo valet. text. & ibi gl. in c. j. in verbo, nisi vnicum. de consuetu. lib. vj. & in c. super eo. in glo. si. de preb. lib. vj. facit text. in c. eam te. de rescri. & ita tenet Paul. Paris. in 4. vol. conf. 4. nu. 15. notabiliter Lamber. in tracta. iuris p. tro. in j. par. 2. lib. artic. xv. 7. q. prin. nu. 5. In quo tamen est notandum, qd licet text. in d. Extrauag. execrabilis dicat, qd quando quis obtinet plura beneficia ex ipso iure priuatus ab ambobus, hoc debet intelligi in beneficiis curatis: sed quando quis habet beneficium simplex, & obtinet aliud beneficium simplex, tantummodo est priuatus secundo beneficio, & potest habere primum: & sic in beneficiis simplicibus predicta Extrauagans non habet locum. Ita notabiliter determinat Cassiodor. vbi dicit, qd ita in curia Romana seruatur, in decis. j. in tit. de constitut. nu. 2.
- 6 Amplia sexto, habere locum etiam in beneficiis simplicibus, si tamen requirunt continuam residentiam de iure, vel de consuetudine, vel ex aliquo alio iure speciali: nam tunc est prohibita pluralitas beneficiorum propter possibilitatem residendi. Secundu Inno. in c. cum iam dudum, & in c. cum super ordinata, de preb. ita Domin. in c.

in c. gratia quam nu. 3. de rescriptis. libr. vj. Imol. in d. Clem. gratie. nu. 12. Abb. in d. §. quia vero. nu. 34. Ioan. Corasi, in tracta. sacerdot. in j. par. c. v. nu. 2.

Hanc regulam sic ampliata limita vj. modis, vt per glo. in Summa. xxj. q. j. quam sequitur Abb. in d. §. quia vero. nu. 27. quas limitationes refert Ioan. Lignia. in tract. de pluralitate benefi. nu. 2. Specul. in tit. de legato. in §. dicendum. nu. 7. eadem limitationes ponit l. iij. tit. vj. par. j.

1. Ultra quas limitationes fallit primo, quando vnum beneficium non sufficit habenti: quia tunc licet ei habere plura beneficia. Arg. tex. in c. postulasti. & in c. cum adeo. de rescript. et in c. si cui. de præben. lib. vj. & in hoc attendenda est qualitas personæ: nam nobiles literati. & virtute magna præditi pluribus essent, quam alij inferioris conditionis: vt in d. c. de multa. & in d. c. sanctorum. lxx. distinc. vel quia forte habent parentes, aut consanguineos suis expensis alimentandos: quia isti pluribus ægent quàm alij. Cetera. in ij. ij. q. x. art. 4. pro qua videtur tex. in c. studeat. 50. distinc. glo. in c. cum adeo. in verbo, sufficientem. de rescript. dicens, qd beneficium dicitur sufficiens, quando sufficit sibi & suis, id est omnibus quos quis secum habere debet necessario, secundum Abba. ibi: vel quibus iure nature prouidere tenetur: vel quando requiritur ad suam decentiam vel honorem tot habere. arg. tex. & ibi notatorum in d. c. de mult. & ita notab. tenet Ludo. Gome. in trac. de gratis expecta. nu. 107. Chasfa. in Catalo. gloriæ mundi, consideratione 39. And. Tiraq. in tract. de nobilitate. c. 20. nu. 10. cum alijs. Ioan. de Selua in tracta. de benefic. in j. par. q. v. nu. 211. cum alijs Ioan. Nicola. Gimon. notabi. in supradicto Enchiridio sacerdotiorum, in d. tit. 3. de pluralitate benefic. nu. 45. cum alijs.

2. Secundo fallit, quando ex dispensatione quis habet: nam tunc potest habere plura beneficia. Tenet glo. in c. quia tantum de præben. per tex. in c. dudum. el. ij. de electio. & ibi glo. in verbo retinere, & in d. c. de multa. in fin. ita etiam tenet Lambert. vbi notabi. hoc declarat, in d. j. par. ij. lib. arti. xv. q. 7. prin. Albertus Trotius. in trac. de vero & perfecto clerico, in 2. par. c. xlv. requisito. vj. Villadiego. in tract. de lega. q. 4. nu. 117.

3. Tertio limita, quando non reperiuntur alij idonei in tota diocesi quia tunc potest quis habere beneficia illius diocesis quæ alijs erant conferenda. Ita tenet Hostien. quem sequuntur ibi Docto. in c. gratie de præben.

4. Quarto fallit, quando vnum beneficium est curatum in habitu & potentia, et aliud est curatum in actu: quia tunc ex quo non sunt ambo in actu curata, potest quis retinere duo beneficia donec alterum reducatur ad actum. Ita tenet Abb. vbi allegat alios doc. in c. de multa. nu. 24. de præb. Pro qua opinione est gl. in c. licet Canon. in verbo, parochialis. de electio. lib. vj. volens, qd dispositio loquens in ecclesia curata, non habeat locum in illa quæ aliquando habuit parochianos.

D. Petri Duen.

parrochianos, nunc autem desinit habere, idem vult glo. in verba collegiaras. in c. statutum de electio. lib. vj. pro qua opin. est text. in c. pastoralis. vij. q. j. licet Inno. in d. c. de multa. quæ sequitur ibi C. ad. in princ. nu. 2. vers. iij. quæro. contrarium teneat.

Quinto limita, non habere locum in beneficio simul cum præstimonio, vel pensione non concessa in titulum, quæ potest simul reneri; Secundum Imol. in d. Clem. gratiæ. de rescript. nu. 20. Curia in tract. de plurali. benefic. in fi. in v. cōclusionē arg. tex. in c. postulat. de rescrip. Et circa hanc regulam vltra supradictum casum, alios in quibus beneficium in iure nostro vacare dicitur. vltra Ioh. Corasi. in allega. tract. sacerdotiorum. in iij. par. c. vj. & Ioh. Franc. de Pauinis in tract. de offi. & potesta. c. sede vacan. in vij. præludis. xxxij. casus per Petr. Rebuff. in glo. ad concordat. in Rubrica de Regia ad prælaturas nominatione facienda. in §. monasteriis. pag. 106. col. ij. in glo. in verbo. vacantibus cum tribus seq.

REGVLA LXXII.

BENEFICIA sunt instituta, et ordinata a iure positivo, & non a iure diuino. Probatur in c. i. iuncta gl. in xij. q. j. vbi Dionysius Papa fuit inuentor, & diuisor ecclesiarum parochialium, facit text. in c. pastoralis. de his quæ fiunt a præla. & probatur in c. ij. de præben. lib. vj. & in c. j. vt lite pendē. vbi dicitur, qd Papa habet plenariam potestatem in beneficiis. per text. in c. proposuit de concess. c. præben. secus esset si essent ordinata de iure diuino: quia tunc non haberet ordinariam potestatem. c. sunt quidam. xxv. q. j. Hanc opinionem tenet Abb. in c. cum olim. per illum text. de constitu. in reperi. c. extirpandē. in §. quia vero. de præben. nu. 2. & in c. constitutus. nu. 13. de religio. domi. & in disput. incip. episcopus. col. ij. per text. in c. j. xxij. dist. vbi Papa instituit archiepiscopos, & alios in dignitate constitutos. facit etiam text. in c. in illis. lxxx. dist. Hanc opinionem tenet Ioan. de Selua. in tract. de beneficio. in j. par. q. iij. nu. 22. Petrus Rebuff. in gl. ad concordat. in Rubr. de constitutio. pag. 34. col. ij. in gl. in verbo. parochias. & ita communiter teneri dicit Christo. Iacobatus. in suo lib. 4. de concilio. artic. 4. pag. cccxxix. col. 2.

1 Amplia primo, habere locum in beneficiis regularibus: quia beneficia regularia habuerunt ortum & originem a iure positivo. Per text. in c. cum de beneficio. de præben. li. vj. facit etiam text. in c. ad monasterium. de stat. monacho. vers. nec alicui & in Clem. ne in agro §. cæterum. eo. tit. tex. in c. inter quatuor. de reli. domi. inducitur vt per Seluam in d. 4. par. nu. 28. qui tenet hanc opin.

1 Fallit in dignitate Episcopali, quæ dicitur instituta & ordinata de iure diuino: quia Episcopi successerunt in locum Apostolorum vt in c. in nouo. vers. ipsis quoque xxj. dist. et in Clem. si quis subdente. §. nec super vers. Episcopi enim dicuntur sanctissimi Christi legati

legati, de pœn. & episcopatus ante Christi aduētum erat ordinatus: vt in psalmo 118. sicut eius dies pauci, & episcopatum, etc. Et hanc opin. per plura tenet Barb. in tract. de prestā. Cardina. in j. part. q. j. nu. 8. Selua in trac. de beneficio in d. iij. par. nu. 29. facit gl. in proœ. Sexti. in verb. episcopus. vbi dicit, quod in ecclesia Dei nullus est maior ordo, quā sequitur Chassa. in Cata. Gloriæ mundi. in iij. par. considerat xxxv.

2 Secundo limita, non habere locū in Archiepiscopatibus, & aliis superioribus dignitatibus quæ sunt institutę de iure diuino, non autem de iure positiuo. c. j. lxxx. distinct. & c. j. xcix. distinct. Facit, quia Archiepiscopatus est maior dignitas quam Episcopatus. c. placuit. xxix. distinct. & sic dicitur Archiepiscopus, ab archos, quod est princeps, quasi princeps apostolorum, vt concludit Iacoba. in suo lib. de concilio. artic. xxij. pagi. xxxj. colū. ij. facit tex. in c. clericos. 22. distinct.

3 Tertio limita, non habere locum in Cardinalatu quia est de iure diuino, non autem positiuo. c. per venerabilem. §. rationibus. qui filij sunt legit. & ita cōcludit Barba. vbi supra in prin. & in nu. 35. & notab. Iacobatus in suo lib. de concilio. lib. j. arti. xij. pag. xxxij. cum seq. vbi in pag. 39. enumerat priuilegia Cardinalium.

4 Quarto limita, non habere locum in papatu, quia est de iure diuino, non autem de iure positiuo. Patet, quia cum Redemptor noster a nobis sua corporali presentia decedere decreuisset, suum vicarium, & ecclesię pastorem Beatum Petrum summum Pontificem, & post eum quemcumque successorem dimisit, vt gregis periculis occurrere posset: quia Christus ante mortem suam dixit Petro, Tu es Petrus & super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam, & tibi dabo claues regni cœlorum: & quodcumque ligaueris, &c. vt habetur Mathei 16. c. & in c. in nouo. xxj. dist. & in c. quodcumque. xxij. q. j. & in c. solitæ. de maior. & obediē. & ipse est qui tenet vices Christi. c. ad apostolicę. de re iudic. cap. pro humani. de homic. lib. vj. & sic non puri hominis, sed veri Dei vices in terris gerit. c. licet, & ibi Doct. de transla. episco. & c. felicio. l. distinct. glo. in c. ita Dominus. xix. distinct. Circa quam limitationem vide notab. Iacobatum in lib. suo vij. de concilio. ar. v. pag. 463. Ferdinan. Loaz. in tract. de matrimonio Regis Angliæ. in ij. dubio, in primo fundamento pro parte affirmatiua: nu. 9. Chassang. in Catalog. Glorię mundi: in iij. par. consideration.

REGVLA LXXIII.

BENEFICIUM concessum principali, trahitur ad augmentū: vt in decimis ecclesię concessis, & in aliis multis. Hęc regula probatur in c. quia circa de priuileg. vbi priuilegium concessum ecclesię super decimis Episcopalibus retinēdis, extenditur ad prædia post concessionem priuilegij quesita, & superaddita.

F Hanc

Hanc regulam, vbi tractat eius materiam, ponit Albertus
 nus in tract. de augmento, in conclus. ix. nu. j. cum aliis, et in
 cum seq. limitat eam tripliciter. & in conclusione xiiij. possunt col
 gi alie limitatio, ad hanc regulam, & alia circa eius materiam.

REGVLA LXXIIII.

BONA possidens in alieno territorio, & non sub eadem iur
 dictione sub qua conuenitur, non reletatur a satisfatione. Hanc
 regulam ponit gl. in l. multis, in verbo, at iuratorum cautione in
 C. de princip. egen. in reb. lib. xij. Quam gl. sequitur Bal. in l. scio
 dum. nu. 2. in fi. ff. qui satisfatio. cogan. & ibi las. in nume. 2. in ve
 fallen. idem las. in d. l. sciendum. in §. j. nu. 1. & in l. filius familia
 nu. 7. eod. tit. pro qua opinione est text. in d. l. sciendum. in §. po
 fessor. el. j. in nota gl. ibi, vbi tex. dicit, qui in agro, vel ciuitate re
 possidet. & ibi gl. dicit, in agro, scilicet in villa. Hanc regu.
 notabiliter eam declarat, ponit Roderi. Xuarez in l. ij. titu. (de le
 emplazamientos.) lib. ij. fori. fol. 176. col. iij. versu. vltimus. quatuor
 tur, nu. 1. vbi in nu. 6. cum seq. limitat eam quinque modis.

REGVLA LXXV

- BONVS** quilibet præsumitur. Hanc regulam probat textus
 c. dudum. de præsumpt. gl. in c. j. in verbo existimare. de scruta. et
 l. cum pater. in §. rogo. ff. de legat. ij. & hæc est presumptio natura
 quia naturaliter quilibet est bonus, secundum gl. in l. si. C. quod met
 cau. ita tenet Iaco. de Bellou. per illum tex. in l. omni modo. C. de
 inoffic. testam. Ang. in l. sciendum. in fi. ff. de verbor. oblig. Hippol.
 in l. j. nu. 67. C. de fidei. Hanc regulam ponit Soc. cum vnica am
 pliatione. in reg. xxxix. & Bernar. de Luco. in regu. lxxiiij. cū 4.
 mita. referens se ad Fel. in d. c. dudum. a nu. 11. vsq; ad nu. 16.
- 1 Limita primo hanc regulam vltra eum, quādo agitur de aliquo
 promouendo, quia tunc integritas non præsumitur, sed debet ad
 beri aliqualis informatio. Ita tenet Card. in cle. j. in ij. notab. de co
 cessio. præben. quem sequitur Felin. in c. cum in iure nu. 3. de offic.
 delegat. circa quam limitationem vide And. Alciat. in tract. de
 præsumpt. in iij. regu. presump. ij.
 - 2 Secundo limita, non habere locum quo ad facultates. Secundum
 glo. communiter approbatam, in l. si vero, in §. qui pro rei qualita
 te, in verbo, dubitetur. ff. qui satisfatio. cog. & ibi las. nu. 15.
 - 3 Tertio fallit, quando contra eum esset aliqua infamia vel præ
 sumptio: quia tunc oportet illam purgare. Vt per totum. ij. q. v. de
 per totum. de purga. canoni. Facit ad hoc quod notatur in l. qui in
 rasse. in §. quid tamen. ff. de iureiurand. quod notat Bernard. de Lu
 co in regu. cxl.
 - 4 Quarto limita, nam licet sit verum q; quis presumatur bonus, in
 tamen præsumitur optimus: & propterea si statutum requirat
 probatio

probationem alicuius negotij testes optimos seu optimæ opinionis, debet illa qualitas articulari & probari. Secundum Angel. in l. ij. m. §. diem. ff. quemad. testa. aperian. quam opinionem sequitur Hippol. in sing. clxxxvij. & hanc dicit veram & communem Alciat. in d. præsumpt. ij. nu. 9.

REGVLA LXXVI.

BONA præsentia & futura, in generali obligatione, & hypotheca honorum continentur. Hanc regulam probat text. in l. fin. C. quæ res pigno. oblig. possunt.

Amplia hanc regulam vij. modis, & limita ix. modis: vt per Anto de Fano in tracta. de pignori. in ij. par. princ. in ij. membro: a nu. 1. vsque ad nume. fin.



INCIPIT LITERA C.

REGVLA LXXVII.



CANONICAM institutionem in beneficialibus vnusquisque probare tenetur. Hanc regulam probat gloss. in c. ex insinuatione. in glo. fin. de procurato. Ratio est, quia beneficium non est tenendum sine canonica institutione: vt in c. vni. vt eccles. benefi. & in regula beneficium. de regu. iur. lib. 6. Et licet quis non teneatur docere titulum suæ possessionis. l. cogi. C. de petitione hæredita. tamen in beneficialibus hoc

locum non habet. c. ordinarij. de offic. ord. lib. vj. per quem text. ita tenet Abb. in c. licet heli. de Simo. nu. 22. quem sequitur Iacob. de S. Georg. in l. quidam quasi. nu. 6. ff. de probatio. & quia sola possessio in beneficialibus non sufficit, nisi adsit canonica institutio. c. ex frequentibus. de institu. & debet habere literas suæ institutionis: vt in c. legum. ij. q. j. Et circa istam regulam vide de Gome. in regula de trienniali possessore. q. xlij. Lamberti. in tracta. iuris patro. in ij. par. ij. lib. anti. ij. q. iij.

F 2 Hanc